Orechovii Stanislai Apocalypsis. Leopoli. 1630.

Solikowski Autor

STANISLAI ORECHOVII APOCALIPSIS

Nunc primum recognita ac emendatius iterum expressa.



LEOPOLI,

Anno Domini. 1630.

ARMA ILLVSTRISSIMÆ FAMILIÆ OSTROROGORVM.



Illuſtri ac Magnifico Domino.

D. NICOLAO

COMITI IN OSTROROG, PALATINIDÆ POSNANIENSI, Drohouiſenſi, &c. &c. Capitaneo. Dño ac Mecænati ſuo.

Ioannes Szeligá Typográphus Felicitatem.

ORECHOVIVS ille omnium Eruditorum, Tanto petitꝰ ambitu, tanto datus. Tandem è tenebris edaciq; puluere erutus, lucem conſpecturus exit Illuſtris & Magnifice Domine. Et ſi enim ea ſunt noſtra tempora, quibus (noniniuria) dubites, pluſne commodi an in commodi Reſpub: literaria ſibi debeat polliceri; propterea quod alibi inuidiæ, alibi eruditæ doctrinæ contemptus atq; odium ruinam aliquam interminari videantur: tamen cum ſuus cuiq; honos ſit ingenio. (Solem etenim auricomis radijs diffuſum plurigena rerum intemperies obnubilare quidem commo

)(dè,

dè, extinguere minimè potest) exspicientem, è tenebris per rimulas non nisi blattis edendum expositum reperiens, honori suo restituendum, filiorumq; REIPUB: POLONÆ. manibus tractandum popularem, tum etiam vatem fatidium prælo submittendum, nec non ab iniuria sua vindicandum oratorem inglorium duxi. Magnum siquidem sibi præstitisse obsequium videbar, si quod mente proposuerat, lucubrationem nempè suam in effigianda perturbatæ REIPUBLICÆ POLONÆ facie locatam, notitiæ indigenarum conuenarumq;, eius tamen valetudine felici lætantiũ, inclinatæq; periculo solicitorum, non deesse, commodiore ope cõcurrerem: præcipuè cum iam memoriã pragmatum ipsius, magna ex parte penè aboletam eramq, qua fortunâ hau scio, senserim. Quod enim olim sæculis illis Igemonicis Tymicisq; insculpta profundi marmora, erecti ad sydera vsq. colossi: incisæ imaginibus Pyramides, nec non variegati Stemmatibus Encomijsq; Icones, manu tenendæ illustrium virorum, Pöetarum, Oratorum, scriptorumq; anamnisi seruiêre: non incongruè etiam nostris Epythymiticis annorum periodis, nomina laudandaq; facinora eorũdem, librorum scriptorumq; multitudine ac diuturni

tate

tate crebraq; reuiuiſcentia colluſtrari retro venturis ſæculis certo certi⁹ noſcuntur; quibus extinctis nec Religio ſtare, nec RESPVBLICA florere, nec vlla ciuilis diſciplinæ exempla diuturna perpetuaq; eſſe queant. Non igitur, reijcienda ſunt (imo extinguẽda) Dei illuſtria dona. Quis verò tam perfrictæ frontis ſit qui bonas literas ſcriptaq; ingenua Dei domum eſſe neget? Quis tante vecordiæ, vt immenſum eorum vſum etiam me tacente non intelligat? Priſci homines, qui lucè veritatis cæleſtis minimè colluſtrati fuêre, tanti ea fecêre, vt ea è cerebro Iouis nata eſſe dicerent, Hinc Plutarchus non immerito ſcriptũ reliquit: Nos non Hominem aliquem accepimus repertorem artium, ſed omnibus virtutibus ornatum Deum. Quod cum de omnibus in Genere artibus dictum ſit, de APOCALIPSI ORECHOVII dixiſſe non erubuero. Eam enim eſſe video, quæ amantes Patriæ Filios labefactatæ REIPVBLICÆ condolere, ſenſim peſſum eunti ſubuenire edoceat; quæ, ni priſtino ſtatui reddatur, interrire.; ſi malagmatibus, fomentis, antidotiſq; iuuetur, REMPVB: floreſcere, nominatiſsimamq; toto finitimarum gentium ambitu fore, vaticinetur. Qua in re cæteris diuerſorum generum ſcriptis ac doctrinis palmam

præri-

præripere cernitur. Neq; enim ea est quæ singularem vtilitatem affectet, quæ particularibus necessitatibus opitulari instituat: imò ea, quæ communem toti⁹ florentissimi nominatissimiq; Regni calamitatem inodorans auguretur, succursum efflagitet, filios cum matre asseruare, diuturnitatiq; commendare aueat. Iustum igitur ducens, ORECHOVIVM cui à nuce nomen, enucleare putamineq; suo obscuro eo vsq; præclusum effringere postliminiô edendum, prælo subijciens Munificis Illustris ac Magnificæ gratiæ tuæ manibus offero; illa hominum mendicabula, qui literas scriptaq; sua vel aliorum ad quæstum prostituere, & earum opificium exercere, quam esurire malunt strenuè contemnens, Librum năq; idest liberum se esse ORECHOVIVS voluit, ne voluntati suæ aliquam notam infamiæ inurerem; Musas suas ancillari minime volo: Tui tantummodo nominis Magnifici patrocinium eo opusculo non defuturum flagitans, quo fauente ORECHOVII mei APOCALIPSIS, eandem quam hucusq; passa est fortunā effugiat, sudor meus cedat optimè, preliq; mei raucus gemitus, haud vacuum strepitasse videatur. Accipe igitur Magnifice Domine beneuolentiæ meæ Symbolum ea fronte, quam gratissimis muneribus

offerre

offerre consueuisti, dantis affectum non oblati precium magnifaciens, ei quod accipis opusculo locum decernere, inter præclaros tui Myrobiblij codices, meq; Patrocinio clementer complecti, vt dignetur oro etiam atq; etiam. Bene Vale Magnifice Domine publicè & priuatim incolumis ac perpetuo florens.

Illustris ac Magnificæ Dominationis Vestræ

Obsequentissimus

Ioannes Seeliga Typo: ARCHIEP:

APOCALIPSIS STANISLAI ORECHOWII SEV

Facies Perturbatæ & afflictæ Reipublicæ eiusque restaurandæ ratio.

CAPVT PRIMVM.

CVM IN ÆGEO MARI NAVIGAREM, ET IN PATMVM INSVLAM VENTO DELATVS essem, in continentem excendi, & quod accidere solet ijs, qui in ignota regione versantur, primum è longinquo prospectari, & admirari cepi omnia, deinde, cum circâ, tuta omnia, viderem, vlteriùs procedere. Iamque per nemusculum, ædificia quædam lignea, cincta septis ex caricibus, miræ altitudinis & operis dubia luce apparebant; quæ ego cupidus explorandi adire statui. Campus, quo munitio consepta erat, & lætissimus, & aluentibꝰ vndis latissimus erat. Hic dum portam patentem

aſpicerẽ, & in eius ingreſſu, cuſtodes altiſsimo ſomno oppreſſos, alios ſemiermes, nudos, alios penè corporibꝰ vino ſepultos, quos ex varietate veſtitus, meos fuiſſe populares iudicaui. In tãta excubitorũ ſecuritate, nemine prohibente patefactam aulam ſum ingreſſus, cui infeſtos armis exercitus, ab omnibus partibus imminere videbã, quorũ conſpectu cor territum, ominabatur ab illis, malum aliquod exitiale impendere. A ſeptemtrionali enim plagâ fuit exercitus, legionibꝰ aliquot diſtinctus, ſed in planitiẽ ſe ſe non effundẽs, in maximo vexillo inſcriptionẽ habuit. MOSCHVS. Ab Oriẽte vaſtandis agris, impetuque in aulam faciẽs, pharetra quædam longis ordinibus condita multitudo excurrebat, vexilli inſcriptionem habẽtes, TARTARI & SCYTÆ. Ad eiuſdem barbariei vicinia, fuerat ingens multitudo frameatorum, non paruo quidem diſsita interuallo, tamen auida prædæ & rapinæ, cũ inſcriptione TVRCÆ MACHMETANI. Inter Meridiem & Orientem, ſtabat exercitus bello idoneus, vt cuius Princeps diſcretionis ambiguæ, nunc vultũ Chriſtiani, nunc immanis turcæ præſeferebat vt plurimum ſtipatore Turcico terribilis, cum inſcriptione VALACHI Ab occidente pluribus locis, diſcretæ diuerſæ copiæ ſtabant, an hoſtiles neſcio, valentes apparatu bellico, & neſcio quid inter ſe conſultãtes, in vexillo eorũ inſcriptio præeminebat. GERMANI Im

minebant

minebāt prӕterea & alij exercitus, sed nullā omninò inscriptionem habebant.

CAPVT SECVNDVM.

MVNItio itaque, cuius iam porticum attigeram, nullis omninò propugnaculis, neque in porta, neque circa pargamina prouisa erat, portӕ verò inscriptio fuit SECVRITAS. Cuius custodes, vt dixi, tam grauiter erant sopiti, vt neque ipsis incursionibus hostiū expergefieri possent. In medio aulӕ, certis interuallis, disposita ӕdificia, seu potiùs castra fuerunt; inter quӕ, potiore loco, tentorium ex tela fabricatum, cum titulo, DOMVS REIPVBLICӔ. Hӕc contingua habuit duo ӕdificia, ab vtraque parte, quibus innitebatur, alterum, à dextra inscriptum, DOMVS DESERTA, alterū in sinistra, DOMVS VIOLATA. In foribus Domus desertӕ sedebat mulier, reuerenti quidem admodùm vultu, oculis ardentibus, & vltrà cōmunē hominū valentiā, perspicacibus, sed lachrymis & squalore sordidata. Altera manu tenebat calicem cum hostia, altera claues. Vestes erant tenuissimis filis, nec humano vt apparebat artificio consutӕ, sed violentis quorundā manibus, contextӕ: in sinu repositum librum habebat, in pectore ista dictio legebatur. RELLIGIO. Ab auribus inscriptio veniebat VERBVM DEI. Ab

ore PRÆDICATIO. Ab oculis S P E S. A pectore cordis sede FIDES. A manibus OPERA CHARITATIS. In extremo marigine ad pedes EXEMPLVM VITÆ. In limine verò Domus violatæ desidebat specie & pulchritudine insignis mulier, sed languida & assuetudine malorum, quasi sensu calamitatis exuta. Sinistra bilancem, dextra verò ensem, terrea rubigine obductum, gerebat, succincta inscriptione IVSTITIA radio libræ, inscriptio fuit ÆQVALITAS. Gladio verò, PÆNA MALORVM. DEFENSIO BONORVM. In contractu, in quo domus religionis erat posita, stabat aliud ædificium amplũ columnatim ita extructum, vt quicquid intus ageretur, à circumstante turba videri posset; hoc inscriptũ fuit, DOMVS CONSILII. A parte verò Domus Iustitiæ stabat auro intextum tentorium, supra fidem elegans, in cucurbita inauratum, & venti indicem argenteum, cum aquilla deferens, cui superuolitans columba nitida, cælesti fulgore, omnia replebat & illustrabat, inscriptio fuit DOMVS REGIS. In postica parte. Domus Reipub. dum cætera perlustrassẽ, etiam tale tentorium conspexi, in quod vnum, multorum opes collatæ videbantur, adeò splendidum & magnificum, forisq; & intus, auro & gẽmis intertextum, inter insignia familiarum, habuit inscriptionem DOMVS REI PRIVATÆ, videbatur æmula Reipub. Nam eius exemplo, binas

contiguas

contiguas ædes habuit, quibus se à lateribus communiuerat, sed harum vtrinque duplices & diuersæ inscriptiones erant. Nam altera à fronte DOMVS MERITORVM, à tergo DOMVS CVPIDITATIS. Altera à fronte DOMVS DIGNITATIS, à tergo verò DOMVS TYRANNIDIS. Erat sanè, qui sola ædificia, aulæ & domorum, cõsiderabat, & si quod à tergo esset, non animaduertit, vehementer decipiebatur! In domo Reipriuatæ, haberi Senatus videbatur, multis enim, tam Ecclesiasticis, quàm polyticis erat referta, nihil aliud agentibus, quam eas opes, quas hominũ fex inferebat, recipientibus, qui vidit, facilè intellexit, quæ studia Senatus illius, in illa domo, & inter eas negotiationes essent. Quibus vt tutiùs vacare posset ædesque ipsæ tormentorum præsidijs circumualatæ erant.

CAPVT TERTIVM.

STAbat gregarim multitudo hominum, tempus confabulationibus terrens, deliberabũda, quid rerum (postquam res suas, quisque agere desciisset) aut consilij capessat? cum subito è domo Reipriuatæ, effusa intercurrit, æques fæmina, in omnes homines impunè violenta, cum omni telorum, & armorum genere, sub qua excussis habenis, equus pertinax, ore & naribus ignem spirans, incoercibili cursu, in multitudinem ferebatur, & multos in

terram moribundos, pedibus proculcabat. Mulieris nomen fuit, LICENTIA, penes hanc ibant. SEDITIO, CONTEMPTVS MAGISTRATVVM, quæ, dum Reipub. tectũ ipsam videlicet Religionem & iustitiã, præteruheheretur, audacter equo, in vtramque inuecta est, easq; maledictis incessit; quod quidem facinus, illa primũ ausa; Ferebatur hinc, innumerabilis Equitũ cohors, velut sũmouendæ turbæ causa, circũfusa penè veniebat, amplãq; viã, suo numero faciebat, ita vt eadem via protinus irrũperent, tres mulieres, multo auro micantes, quarũ germanitatẽ vultuũ, & vestium, similitudo ostendebat. AMBITIO, AVARICIA, & LVXVS. Has sequuti quatuor viri. PERIVRIVM, ADVLTERIVM, FORNICATIO & variæ Libidines vultus muliercularum indutus, HOMICIDVIM & INNOCENTIÆ, OPPRESSIO. Horũ duorũ vestigia, cruore suffundebãtur. Quos RHAMNVSIA (hoc enim illi erát nomen) sequuta. Nam colligebat, eosque àtergo inspergebat, quasi pænas ab eis, prima quòq; occasione exactura. Sic & prioribus omnibus, manu minaciter intentans, se ab eorum consortio subduxit, & proterua licentia, cum agmine suo, præterita domo Senatoria, liberè intrabat.

CAPVT QVARTVM.

Intere

INtereà, è rudi illo tẽtorio, eductus est currus vetustus, & absque temone, vel vetustate cõsũpto, vel violentia effracto, quem Bos, & Mula grauida, trahebãt, dorsis viros quosdã diuersæ conditionis (vt iudicabã) ferentes: Exigua spes erat profectionis: quisque enim in suam partẽ animal vrgebat. Bos ita inscriptus erat OPTATE PHIPPIA BOS OPTAT ARARE CABALLVS. Mula verò VBI PEPERERO RES VESTRAE MELIVS HABEBVNT. In medio curru, fuit triplici subsellio distinctà, in quorum excelsiore sedebat virgo quædam liberali forma, sed veste obsoleta & crines inconditè iacentes, pallida facies, lachrymisque innatãtes oculi, iudicio erãt valitudinariã esse, inscriptionem habuit RESPVBLICA. Mox itaque vbi stetisset currus, Religio, non minus sordidata, cum Iustitia sorore sua, etiam ægra, conscẽdit, & suo quæquè subsellio resedit. Reipublicam intermediã amplexæ quarum collis Respub. pallantia brachia circũdedit. Tandẽ puellæ duæ penè venientes, currũ manib9 sustinebant cum titulis SPES, PATIENTIA vtraque lamentabilis, aspectu miserando, omnes astantes, in sui cõmiserationẽ adducebat. Sic igitur Respub: profecta, diuersis vectorũ & animaliũ studijs: tardiùs ad Senatoriã domũ, quo contendebat, peruenit. Ante eius fores dum cõstitisset seque ob diuturnã absentiã suã, ignotam illis fore crederet, vereri se dicebat, ne si nihil adferret, ingressu prohiberetur, &

tandem sorores, num quod auri pondus, se penes haberent, quod in munus honorariũ Senatui offerret, percunctatur? quæ nihil quidem se habere referunt. Nos iubent tamen eum abijcere animum, cùm sit eorum genitrix, quos cum muneribus adire placet; illi verò filij, ostendens (inquiunt) illis maternum sinum, ex quo vitam hauserunt; ostendens vbera, quibus enutriti sunt, ostendens manus & vlnas, quibus gestati, & ad eos honorũ gradus prouecti sunt. Quo facto nescimus, an tam crudeles esse velint, quin te obuijs amplexibus recipiant, honoremque debitũ matri reuerenter exhibeant, nisi ita immemores & sui & ipsius sint, vt seipsos odio prosequantur. Qui enim matrem odit, seipsũ odisse videtur, ægreq; ferre, quod in lucem ab ea æditus sit.

CAPVT QVINTVM.

HOC colloquium perfrictæ frontis mulier, nomine INGRATITVDO eam, vt pauperem & squàlidam auersata, contracto supercilio intro se recepit. Inde illicò egressa est virgo, aspectu vultuque toto Solis instar fulgente in pectore scriptum habẽs VERITAS. Hæc conspectum in currum Reipub. ferens, alacriter complexa, quidnam sibi velit, quod tam mæsta, ægra, & sine vllo debito comitatu, præterquam sororum, ad Senatoriã domum venerit, rogat. Illa ad filios inquit venio,

quos ideò peperi, ideò nutriui, vt in mea quoque necessitate, mihi succurrerēt, vt dum hoc adhuc vitæ reliquū est, me sibi, seque mihi incolumes servēt. At vbi illi sunt, quod nemo exit obuius? nemo matrē salutat? Ne mirere VERITAS ait, Nemo enim intus est, præter antiqua vestigia quorundam in puluere relicta. Quos autem per columnas vides, hi quidē de te benè sunt meriti, sed latētes de tua liberalitate pendent, te egente etiam egeni. Ideo neque tui cura illis est credita. Sunt inter illos & alij, sed præmaturi adhuc, qui tibi auxilio, nondum esse possunt. Bona me tamen Spes habet, breui te illis magnoperè curæ futuram? illi verò quos separabas hic iam adesse nondum venerunt, diuerterunt enim, ad domū Reipriuatæ, vbi totos dies consumere solent? illi soli addicti, vt autē de te consulant, ne in mentem quidem eis venit. Nā, quod Comitia sua celebrant, faciunt id speciosè sub prætextu, vt iurares, de te agi omnia, tamē eo vergunt, vt eorum respriuata, hostis tua; salua, incolumis, & diuturna esset: Sed & conuētus eiusmodi, iam intermisissent, nisi à thalami tui præfecta LIBERTATE præsertim Equestri, obseruarentur. Quam autē tibi, dum conueniunt, tuæque causæ faueant, ostendūt eorū vota & sententiæ, ex ordine dici solitæ. Quæ si parùm faciūt ad fidē, vidæ eorū profectionē, quæ iam futura est. Huc enim tu sola derelicta, quasi peregrina & ignora venisti. Respri-

 uata

uata verò, quæ tuo beneficio, tuo ſucco viuit & creuit, eorũ comitatu, aurea theda, etiã hûc, vbi de te ſola videbitur agi, adducetur.

CAPVT SEXTVM.

OFfuſa lachrymis vultum Reſpub. veritati ac penſum parabat? cum buccinarũ ſonus, cum pulſu Stympanarũ intonuit, atque ex tẽplo, armati tres viri apparuerũt, recta ad Rẽpub. veniẽtes, prioris nomen fuit inſcriptũ AMICITIA ſimulata qui equo glauci coloris vectus, lolo vulpẽ ducebat. Secundi ODIVM INTESTINVM hic equo veniebat Cinericio, lupũ ſtropho, venatu ducens. Tertij INIMICITIÆ APERTÆ qui vrſũ cathena ferrea ducẽs, fuluo equo vehebatur. Hi Rempubl: adhuc, in ſuo curru, ante fores Senatoriæ domus inueniſſent, conuitijs eam inceſſere, quod tenuis fortunæ mulier in tam publico loco, qua Regi & Senatorib⁹ eſſet iter habendũ cõſtiterit. Aduolantibus igitur, magno impetu, currũ & feris in iugales irruentib⁹, actis in diuerſũ iumentis, curru diſſoluto, & diſrupto, miſera Reſpub. iam antea languida, vnâ cum ſororibus ægris, miſerabiliter, & ſũma cum indignitate euertitur. Quæ dùm euerſis Sellis collaberẽtur, mulier quædã, nomine DIREPTIO tres illos viros ſequuta, reliquum quod habebat Reſpub: diripi, ab eaq; tolli debere, vociferaba-

ferabatur, ipſáque perpetuò fieri captiuã. DESPERATIO verò, ſocia Direptionis, arreptũ cultrũ ei⁹ iugulo diſfigere cũ properaret SPE in eam irruẽte, ab incepto deſtitit, cultrũque, vagina recondit. Conuulſæ & ipſi Relligioni calix, & ſacra, quæ ferebat, nefariè in terrã prociderũt. IVSTITIÆ. bilanx & gladius confracti. Pudefactæ, ea iniuria virgines, collectis ſuis armis, cum miſerabili cõploratione attollũt Rẽpub: & præeuntibus villæ, cauſa ancilis, in lectica, ſemimortuã ad ſuas ædes deferũt, & paupere ſtrato, deponũt. Miſera Religio, denuò in veſtibulo ædis ſuæ reſedit, ſubiecta capiti manu, quaſi nihil aliud niſi obitum, & finem ſuũ expectaret? Miſera Iuſtitia, nequicquã ſublato enſe, mediũ perfracto, ſedens in limine dom⁹ ſuæ viſa Religionis facie, lugubriter fleuit.

CAPVT SEPTIMVM.

DVM hæc cum Repub. eiuſque contubernalibus aguntur, prodit iterum illa RAMNVSIA vindex, cum patera plena venenatis facibus, & circũſtãtẽ multitudinem ex ea potat, quæ dum bibiſſet, confeſtim ex ea turba egreſſa eſt mulier nomine CVRIOSITAS, & exquiſito greſſu, domum Reipub: ſubintrauit: & colluſtratis perturbatiſque omnib⁹, tandẽ & liberè, gladio IVSTITIÆ erepto, ne supereſſet quod metueret, ad Relligionẽ mæſtã,

in vestibulo sedentē ingressa, claues ex manu illius extorsit, & in penetralia tēpli deuenit, libros omnes euoluit, cōcerpsit, pedibus procontriuit. Hanc sequuta alia mulier, nomine DVBITATIO, post se ducebat ERROREM. Tandē improba quædam mulier PROPHANITAS aduenieus, tam illa quæ in vestibulo, quam quæ in ipso tēplo piè admonitionis causa erant posita, euertit & violauit. Nec mola, vir quidā furax, dict. SACRILEGIVM in opes Ecclesiasticas, & quicquid auri atque argēti, sacra ædes habebat, inuiolauit, & sibi vendicauit, Confestim scelesta IMPIETAS in ipsa aras, & in ipsum Ciboriū irruit, & sacra in terram abiecta impiè concul cauit. Hæc cum ne quicquā reclamāte Relligione patrarentur, superuenit mulier portētosa, nomine BLASPHEMIA, in Deum omnia maledicta proferēs. Signum quo Saluator vicerat, Signū detestabile clamitās, & multa alia quæ horret animus, in Præpotentē essentiam Dei, ac in peruestigabilem eius Maiestatē, impudenter deblaterabat, Hæc vbi facta, & iam nihil integrū, nihil intactū, nihil non violatū esset, ingressus est homo, miræ altitudinis, quasi de numero Gigātū, nomine ATHEISMVS sororūq; omnia illa facta collaudauit. Quæ ita collaudatæ mirincè gestiebāt, sibique placebant. Ecce verò illis templo egredientibus, spoliaque varia, aurea & argentea, calices, patellas, candelabra corrigiollos efferentibus, conti-

nuò ex

nuò ex improuiso Draco triceps, allapsus est, vnū illius caput caninū cæcum, inscriptū CECITAS. Alterū Rhinoceroti simile, cum inscriptione BELLVM. Tertiū vulturinū, cum inscriptione PESTIS, subuentre FAMES erat inscripta, circa omniū capitū colla, legebatur SERVITVS. in pedib⁹ EVERSIO SEV EXCIDIVM & DESOLATIO, in dorso FINIS SEV INTERITVS. In cauda INFAMIA SEMPITERNA.

CAPVT OCTAVVM.

ASpectu Draconis, cum tantus stupor, & trepidatio esset, vt multi velut symulachra starent, vndiquè spectatus, confluente multitudine, nouus exercitus, à domo Reipriuatæ apparere incepit. Primi erant viri, Cameræ, Graues, rubras togas induti, & superpilicia candida, equis albis euntes: supra quos, coturnix pari lentoque volatu, rostro linteolū carbaseū tenuissimum ferebat, cui inscriptū erat EPISCOPI. Hos cōtinuo sequuti quindecim maturi senes splendidi, vultu grauitateque oris spectati, in quorū vexillo eminenti, inscriptū fuit PALATINI. Quos nullo interposito spatio, magnum numer⁹ virorū, certis ordinib⁹ subsequutus est, nomen eorū virorū CASTELLANI. Ecce autem quatuor iugales inscripti. POPVLARITAS, TVRBA, CONFVSIO, CALAMITAS, fulgidū auro & ebore carpentū trahebant, in quo

ſedebat mulier amicta, luxurioſè, adeo, vt auri & purpuræ fulgoræ, oculos hominũ hebetaret, & in ſolum deijceret, nomen habuit RES PRIVATA. Ad huius genua, ſedebant duæ fæminæ, duplicẽ habentes inſcriptionẽ, nam frontibus MERITA & DIGNITAS, à tergo verò CVPIDITAS, & TYRANNIS inſcripta fuerũt, eo ferè modò, quo & illarũ ædes. Carpentũ Reipriuatæ, ingens multitudo, vtriuſq; ſtatus hominũ ſequebatur, & multa puerorũ agmina, qui digitis, auos, proauos, & maiores ſuos oſtentabãt, ne ab illis deſererẽtur, ſedulò cauebat. Hic, cum omnes Senatores, à multitudine admonerentur, vt errantia illa portenta. LICENTIAM & tandem CVRIOSITATEM ſubſequutã conſiderarent? & ſi quidẽ certum excidium portẽdant, vel potiùs ipſũ ſint exitiũ, è medio tollerent, & è patria noſtra abirẽt, ſurda aure præteribant, & veluti vanos Plebis tumultus auerſabãtur. At cum præterualli turba inciperet ſaxũ quod forte iacebat, hæc ſublato clamore verba protulit. O VOS ANTE RVINAM NOS DVRIORES SENTIMVS LAPIDES QVOD VOS NON SENTITIS, HOMINES MVLTORVM EXEMPLA NON VOS MOVENT VESRA MOVEBVNT. Hæc vbi verba audita ſũt, tãnta cõſternatio animos omniũ inuaſit, vt aliquot Senatorũ rei nouitate tẽrriti, ex equis ſemianimes delaberentur. inuecta tandẽ Reſpriuata, in domũ

Consilij, cum suis amanuensibus, locum potiorē occupauit, clausaque est ianua, ita vt præter Regē ipsum, nemini pateret amplius ingressus.

CAPVT NONVM.

CONfestim, eiaculatis tormentis, & ad tubas pluriū vocū tympanis pulsis, extētorio Regis, euoluebatur ingens agmen Equitum, torquibus aureis adornatum, sed amictu, multæ peregrinationi cōmodo, inquorū medio cinctus plurimis Stipatoribus, gestantibus altas secures, vir quadragenarius augustæ Maiestatis, pleno & amabili vultu, nigra veste, capite aureā coronā, sinistra malū aureum, dextra verò sceptrum ferens, equo proficiscebatur, nomen habuit REX, quem duo senes, spectati grauitate, cum baccilis anteibant CONSILIVM & VOLVNTAS. Et primum autem, Magister cameræ Reipub: cuius nomē erat SENSVS RVINÆ Regem non procul abesse vidit, mista lachrymis lætitia, ad pedes se illius abiecit, & non orare solum, precans opem, sed pro debito petere, vt de miseria Rempub: nunc hæram suā à domesticis suis, non solum derelictam, verum etiam direptam & oppressam, quàm primùm restaurandam, prius adhuc, quàm ad hostes fama eius rei perueniat, agere instituat. Nam si in ea conditione eam deserat, vix Deorum opibus, quū

extremo malo afficiamur, resisti posse extrinsecus ab hostilibus armis, multum terroris & periculi esse: intrinsecus autem, ita omnia feruere (quod solum ad mala acceleranda suffecerit) tantam in omnibus statibus, tam in Ecclesia, quam in Polytia esse seditionem, vt nisi Deus modum exhibeat, quo imminens propulsari posset exitium, iam omnia humana consilia frustra laborent. Sentire enim se, & iam penè versari sibi ob oculos, presentem vitam, non tantum ex eo, quod adeò Respub: decumbat? sed quod neminem adhuc videat, quē, tam præsentia, quam imminentia multo grauiora mala, ab eo lethargo excitare posint, ita omnes inperditionem & extrema, manibus & pedib⁹ tendere videri, quasi occasum patriæ, cum exultatione expectarent. Vt igitur pro Officio suo, pro pietate Patriæ debita, pro eo ac res omnes, in ruinam inclinatæ postulant, eam curam in se accipiat, ita se comparet, vt tàm præsentibus malis, quàm luctu, in quo metu proximæ calamitatis illi subiectæ ditiones versantur, iam tandem aliqua Deûm ope tenentur, magno cum fletu per Deum immortalem obtestatus est. SENSVS RVINÆ oratio grata erat Regi, libenterq; & attentè, eā audisse visus erat, & tandem ipsum sensum Ruinæ, benignè, propria manu erectum, inter alios Curiæ suæ præfectos, adsciuit. Itaq; vt primum, ad domum Senatoriam accesit Rex, ab omnibus, cum ingenti gratulatione, & lætitia exceptus, atq́

ante eunte Sensu Ruinæ cum CONSILIO & VOLVNTATE introductus, suo tribunali consedit. Tribunalis verò inscriptio, supra caput Regium, fuit talis. REX QVI IVDICAT IN VERITATE PAVPERES, THRONVS EIVS IN ÆTERNVM FIRMABITVR.

CAPVT DECIMVM.

FActo igitur consessu CONSILIVM, gubernator Regius, indicto omnibus silentio, memor eorũ quæ paulo antè, à Sensu Ruinæ, dicta & petita sunt, his verbis sapientissimũ Regem affatur. Iubens eũ primum esse memorẽ, in quanta tranquillitate, qua rerum gestarũ laude traditã à Sacratissimæ memoriæ parente suo, Regni curã accepit? deinde quam spẽ Regis optimi, sua optima, & verò Rege digna indoles, fecerit, quem non sorte aliqua, sed tamen diuinitùs omnes subiectæ Prouinciæ, sibi oblatum gratularentur, tantis ingenij dotibus, tanta sapientia præditum, vt omnibus ante se Regibus hanc palmã eripuerit, & sicut alij gubernandi, sic ille benè Administrandi Regni perfectam rationẽ habiturus videretur. Rerum qui fiat nescire se ait, quod sub eius sanctissimo dominatu, non omnia pro voto habeamus, sed plurima tàm in Ecclesia quàm Repub: contra fas & omne decorum fieri, indeq; nos iam etiam manifestis pœnis affici videamur, semperque meliorem rerum conditionem

 ex-

expectantes, indeteriora grauioraque labi quotidie videamur. Cuius sibi non videri aliam causam, nisi nostra communia scelera; Iustè enim Deus nostras spes in diuturnam expectationē differt, vt nostrā conuersionē, vitæquè emendationē videat. Iustus est, nihilque erat moraturus, si nos in corrigēdo, nullā moram fecissemus. Quòd si diutiùs à nobis expectat, quod illi debemus? quare molestum sit. nos ab eo diutiùs expectari, quod nobis non debet. Non itaque videre sibi mirum, quod non omnia ex animi sententia habeamus, sed mirū potiùs, adhuc tam prosperè nobiscum agi, in tanta, licentia & omniū à Repub: studijs auersis in tanta impunitate, vt quoquo te vertas, nihil nisi cædes, direptiones, oppresiones, sacrilegia, homicidia, stupra, libidines, periuria videas, vt incredibile sit, mūdū vel saltē hoc Regnū, diutiꝰ stare posse, in tot, & tātis flagitijs. Quare, si & rerum necessitati subuenire, & hominū expectationi satisfacere cupiat, hoc se petere, & consulere. Primū vt & se Regē esse meminerit, deinde qualis Regni Regem, in quo sit, quā simillimus nauclero, qui ad nauis præcipuū gubernaculū, clauū positus artem teneat, eius ita gerendæ, nec vbi aut in Syrtes, aut in Saxa latentia impingat, vt intelligat, sibi, non sui causa Regnū esse datū, sed se Regni illius causa, seque Regni custodem esse, non Regnū sui. Inde leges Regni, non tantū vt cognitas habeat, verùm etiam

omnes in exequutionē ducat, quarū vnicus sit ordo. IVS ET IVSTITIA, quæ nihil aliud sunt, quā vnicuique quod suū est reddere? in quo principē locum habent ea, quæ Deo tribuenda sunt. Secundum diuina ea ponantur, quæ subditorū salutem, libertatē & tranquillitatē tuentur. Hoc est autem, vt si quidem nec domi, nec ab hostibus sumus tuti, ob idque & salus nostra, tenui pendet filio, & libertas, iam durū periclitatur. Et quemadmodum vnum est IVS, ita eadē, ac penè æquali sub legum conditione viuant, tam potentes, quā inferiores, & præsertim, quos à qualitate diuina ministeria non exemerūt. Nam de his statuere Regis non est, nisi quod ea tangit, quæ communia sunt omnibus, sed hoc se de Polyticis dicere. Videri enim sibi libertatē hominū, illis subiectum Prouincijs, vanum aliquod nomen, rei non existentis esse, solereque eam, raptari passim, esseque illud, vel hic verissimum quod Anacharsis Scytha, solitus est dicere. Leges similes aranearū sibi videri. Nā quemadmodū illæ, sic hæc ex capitis, debiles & imbecilles detinēt, à locupletibus autem & potentibus rumpuntur. Si itaque illum cardinē, tenere volet, ista quoq; singula tenenda omnino esse.

1. Adhibendam esse Legum austeritatem, pœnasque contra grassantem licentiam extendendas oportere.

2. Oppressos, & calamitosos homines protegi,

illiſque ſine aliqua procraſtinatione Ius & æquum fieri.

3. Nil per gratiam cuiquã indulgendũ, nihil per vim cuiquam inferendum, ſed in omnibus, boni æquique rationem habendam, in quo ſolo fortitudo imperiorum conſiſtit.

4. Ita Regni Rempub: procurare, ne dum partem aliquam tuetur, reliquas deſerat.

5. Æquali ſemper in omnibus animo eſſe.

6. Subditos præſertim Officiales in officio retinere.

7. Senatores, verè Senatorio in Rempub: animo conſtituere.

8. Bonis ſemper, & vt plurimùm doctis viris ſtipari.

9. Adulatorum ſermones, vt coruos rapaces auerſari. Vt enim hi effodiunt oculos, ſic illi animi hæbetant cogitatus, & ſunt veræ peſtes boni publici, in eorumque locum, qui ſalutaribus conſilijs animum inſtruant, & quorum virtus, per gradus varios, tùm domi, tùm miliciæ probata ſit, quique pro Republica dum opus eſſet, corpora ſua opponant, coaptare.

10. Conſpirationes, & omnia ſuſpecta ac ſeditioſa conuenticula, præter inſtitutum Regis facta, punire & prohibere.

11. Seditioſos turbatores, tranquillitatis publicæ, rerumque nouatores, ad Reipub: gubernacu-

la, non admittere ; tales enim foris perditionis sunt.

12. Rebelles Iurisditioni vtriusque gladij coercere, ac in disciplinam & ordinem redigere.

13. Regni ærarium, in solam defensionem, Regnique munimen conuertere, luxum ex omnibus statibus extirpare, leuia serica, purpuras, interdicere, & eos sumptus,qui quotannis ingenti molle, eam prouinciam depauperant, in arma,panoplias & belli apparatus conuerti præcipere.

14. Cupiditates suas, & seipsũ vincere, vt enim hæc illustrior est victoria, ita magis Principem cõmendat, quam si de plurimis hostibus triumphet.

15. Postremo in se, omnia velle conspici, quæ Christiano Principi inesse debent ? vt quod alios omnes facere cupiat, ipse prior in se exemplum ostendat. Qui enim rectè ducit, vt alij rectè sequantur, facit. Hanc prope viam vnam Regno animam fore, & faciliùs de auertendis hostibus, qui in direptionem huius prouinciæ, arma & animos intenderunt, agi posse. Præterea quod in libero Regno, primum & præcipuùm est, curari oportere, vt quemadmodum in rebus humanis, nihil est stabile, si principem decedere contingat, sine longa disceptatione sciri posit, penes quem sit summa rerum. Nedum plebe currẽte in diuersa studia ambigatur, quo inclinanda voluntas sit, ex hostibus aliquis erumpat, & turbet omnia su-

bitò aduentu. Quod si tum omnes simul, in res indeliberatas & improuisas, incidant (quod omen Deus auertat) quid aliud præstari possit, quam noster interitus & euersio, quod ne eueniat ab illo, vel in ea parte, magnoperè enitendum esse. Hanc Cõsilij orationẽ Rex benignè audiuit, cui & VOLVNTAS Regius Vicegubernator, cum ãnuisset, apparuit homo Eques; vasto corpore absque capite, cum hac inscriptione ABSCONDITVM DEI IVDICIVM quo viso Rex, non parum extimuit.

CAPVT VNDECIMVM.

TAndem VOLVNTAS Vicegubernator Regius, ad Senatores pro Rege, talem orationem habuit: iubens eos primùm apud se perpendere, quàmobrem eos honores adepti sint, vnde & ipsi & eorũ posteri, tum dignitate, tum opibus, inter homines excellant ac existiment: his fortunæ bonis, non solũ nõ insolescendũ sed ne fidẽdũ quidem esse, vt quæ fortunæ arbitrio, stentque cadentque scirẽt, non minus periculosũ esse, in prospera fortuna altũ sapere, quàm in lubrica via cursu certare. Hanc enim esse Fortunæ naturam, vt vicissitudine delectetur, & perpetuo, deijciendis, summis ad infima, & infimis ad summa euehendis laboret. Propterea illis esse cauendum; ne si eius

bonitate abutentur, & se in animos atque fastum, obliti sortis ex qua emerserūt, erigant, grauiore casu illius voluntate corruant. Deinde, cum omnia fluxa & caduca sint, suam omnē gloriā, in præclarè gestis meritis erga Rempub. sitam existimēt, horum æternā memoriā permanere, hæc firma imperia, has veras opes, in quas, nec casus, nec fortuna, nec tempora, quicquam iuris habeant. Quàpropter, vt sui officij & loci, quisque memor esse velit, & quàm optimè patriæ consulat, & Regi salutaria consilia suppeditet; velintque sibi ante oculos proponere, quæ sit rerum facies, qui status, in eorum patria quā omnia quoquo te verteris, quasi flere videantur, omnia horrere & squallere, causasq; ipsi, apud se requirant, quid fiat, quòd ipsa penè machina Regni, & patriæ eorū perniciē & ruinam loquatur, quam nullo de fonte alio, ea mala prodierūt, nisi ex auersione eorum à Repub: ad propriorū emolumētorū, ratione & desertione, propriæ vocationis; atque hæc duo eo rem adduxisse, vt licentiæ cuidā Barbaricæ, fenestrā aperuerint quæ nullis iustitiæ pœnis coercita omniū domos, tam horrendis seditionibus & dissidijs repleuerit, vt in media Scythia, non in Regno, Christianis Legibus imbuto viuere videamur. In his eiusmodi malis, & alijs proximis, grauiorisq; calamitatis iudicijs neque ipsos esse negaturos, si in se descēdāt, an ijs honoribus digni sint, si ea officia, quorū gratia, eos

tia, eos gradus adepti, negligant, si nihil præter Rempriuatā in securè assumant, tanquàm publica à quibus priuata dependent, nihil ad eos pertineāt. Si pro custodibus proditores, pro deffensoribus oppressores, pro patrib⁹ hostes se patriæ exhibuerint. Si rapinis, contentionibus, odijs priuatis, miserā patriæ Rēpublicā dilacerarent, si Religionem Christianam antiquā & Orthodoxam, nouis commētis violent, alij verò vnà cum sua vocatione deserant. Si nullis damnis publicis cōmoueātur: Si præter gentium omnia iura, & regni leges proprias, bona Reipub: priuata cupiditate, adse trāsferant, templa, non sine grandi Sacrilegio euertāt, dispolient, alij verò ad ea obmutescant, & cōniueant. Si placari diuinā iram, auertiq; calamitates publicas posse, in tanto furore, demolientiū tēpla, euertentiū altaria, blasphemantiū diuinū numen, in tanta ambitione, & nefandis absque numero flagitijs, quibus omnibus, nisi illi ipsi careant, & manus circumferant immunes, & passim alijs eiusmodi obsistant, nequaquàm eos fidos Reipub: Senatores, esse posse. Si verò culpam in quē aliū vertant, quòd in tam trepidis rebus, & tanto discrimine Reipub: sedeant domi desides, mulierum ritu inter se altercantes, Regē inspiciant quo spectet, quò animū & omnē suam curā intendat, ita proculdubio, culpam in se, rursum esse recepturos. Illi siquidem, è tantis virtutibus exornato, non tantū,

ad lau-

ad laudabiliter gerendum Regis officium, nihil deesse, verùm etiam eum animum, eam voluntatē adeesse, vt primo quoque tempore Rempub: ab ea conditione vindicet, quæ talis nunc est, vt nihil boni diuinet animus. Cum autem non ignoret. CHARITATEM, mutuam vitam esse Reipub: quæri enim solet, qui fiat, quòd in sua Repub: adeò discordem Senatum habeat, nihil dubius respondit. Ordinū discordiā venenū esse Reipub: quam vt reprimere, ac extinguere possit, nulli labori, nulli difficultati suæ, sæpius non pepercisse, sed clementiā, & verè Regiam, placabilitatē, quæ alias, in hoc tam libero Regno, Principib⁹ semper laudi ducebatur, absque profectu fuisse, vsq; adeò verò, omnia licentiæ semina in cursu esse, vt meritò tum seuerioribus Legum remedijs, vti oporteat, alioquin esse verendum, quam trepido & misero statu versemur, ne domestica mala, iā iā documētum præbeant. Orare itaque illos, & pro debito petere, vt ad concordiam inclinent animos, & simultates omnes, præsertim ita laborante Repub: deponant, vt meminerint DISCORDIA CIVILLI EXTOLLI HOSTILES ANIMOS, FRANGI AVTEM ET TERRERI CONCORDIA. vt antiquàm & Orthodoxam, in IESVM Christum fidem, aut nouis cultibus profanent, aut pro suo quisque palato & libidine fingant. Sed iam in quo nati renatique sunt, sanctæ & relligiosissimè āplectantur,

 ctántur,

ctantur, atque ad extremū capulum tueantur, & deffendant, alienam messem sua falce vitent. Sed intra metas Officij sui, tàm seculares quàm Ecclesiastici, si se contineant, in Deum impios vt vitent, seque ab eorum commertijs segregent; nihil per ambitionem pestem Rerūpub: nihil audacter, nihil temerè agant, sed amussim, Legū patriarū, in omnibus sequantur. Ad summū vt omnia sua studia, in solùm boni publici vtilitatē, cuius causâ tam insigni Magistratu fungantur conferant, si cum dignitate & fide, patriæ debita, de eo loco quē adepti sunt, cæteris Reipub: filijs, conspicui esse velint. Ad hunc ille modum, cum perorasset, multorum ex Senatu assensu carebat, visum enim erat, aurib⁹ eorū, acerbam hanc orationem fuisse.

CAP: DVODECIMVM.

EX templo fæmina quædā nomine RETHORICA, in medium ingressa est ex improuiso, ad satietatem, ne dicā ad nauseam, audientes, oratione sua morata est, verius quàm mouit, vt de redigendis in meliorē statum rebus agerent: Quæ vbi perorauit, veluti morbo aliquo correpti, ex ordine, quisque suas sententias, dicere cæperunt, tàm longas, & tàm diuersas & dissentientes vt & in multos dies, articulos extraherent, & nemo esset, inter eos inuētus, qui dixisset, quòd alter approbaret. Quod

capita, tot sẽtẽtiæ,tot cõsilia,tot voluntates erãt. Nam & illi, qui corrupto iudicio,manifestè loquuti erant, meliori voto credere recusabant, ne insciciam suã arguerent, sed victricem, salutatibus aliorum sententijs opponebunt, & illi, qui rectè loqui videbantur, moderationẽ nullã sermoni suo adhibebant. itaque dùm curritur in contraria, non fuisset alius rerum euentus, quã tumultus & confusio, nisi venerãda forma mulier, cum inscriptione ÆQVALITAS interuentu suo, in[illegible]tã illã Rethoricam,& magis arma quàm pacẽ & [illegible] Regni, spectantes sententias cõpressisset, suique potiorẽ rationem esse habendam,præsertim in tantis rebus docuisset, in quibus ea tempora venerunt, quibus res vestræ, tenui filo pendent, & quibus post tantam luxuriã longæ fælicitatis, & indulgẽtiam diuturnæ fortunæ, ad extrema propè ventũ est,& pœna flagitijs vestris prouocata in penetralibus vestris versatur. Quæ malè, si vos viri estis, non verbis sed factis (nam quis dicendo, beatior vnquã esse potuit, non altercatione,sed charitate, & mãsuetudine, non faltuosa præsumptione sed modestia, non temeritate, quæ præterquàm, quòd stulta est, etiam in felix est, sed facilitate, nos amoliri oporret. Vt igitur res, quæ maximè vrgeãt,pareãt, nec tàm odiosæ, quàm etiam damnosæ loquacitati vacarent, memores malorũ, in quib9 versantur, castigatione etiã verborum adhibita, adhortata est.

CAPVT TREDECIMVM.

STabat adhuc ÆQVALITAS propè cõcionabunda, cùm ingressus, ex turba hominũ, vir ante Regis aduentum, ab officio repulsam erat passus cum Rege, turbæ illatꝰ prohiberi non poterat, dictus, TIMOR DEI. Primùm ad Regem, deinde ad Senatum, faciem terribilem ita obuertit, vt & vniuersi trepidarent, & Respriuata eorum, quæ hominẽ fortassè priùs, non mouerat: penè emoreretur, & simùl aduertit, Senatoribus plerisque, indignanter, suũ aduentũ ferri, existimantibus, à Rege introductum esse, sic pro Rege, & pro se respondit. Indigna, inquiens, Optimates in Regem hæc vestra indignatio est, quòd hùc introirem. Nã vt illius arbitrio hùc non veni, ita neque abibo. Nã sine mè, omnes hi vestri conatus, vani sunt, & irriti, erũtq; si me à vobis excluseritis, quòd penè omnes cupere videmini: Respriuata enim, quæ meo aduẽtu territa exanimari cœpit, vos sui amore adeò mancipauit, & obcæcauit ne id, quod rectũ & honestũ est cerneretis, sed vt frãudes illius, pro veris bonis, sẽper amplectamini. Verùm si quid vobis sanæ mẽtis est, facilè intelligetis neminẽ vnquã ab illa, ita fideliter adiutum esse, vt ea sola patrocinante, tutus esse potuerit. Vertite itaque Senatores oculos, & studia vestra aliò, videbitis Rẽpriua-

tã vestrã, perniciem esse Reipub: vestrã aspicite benefactricẽ, cuius opera isti vobis honores obtigerũt. Alijs quidẽ in Ecclesiã ad populũ, vera Dei relligione instituendum, alijs in Polytia Seculari, exequendæ Iustitiæ, & publicæ tranquillitatis procurandæ causa. Cur non illã potiùs ijs honoribus, quibus insidiatricẽ vestrã afficitis, quæ vos tot maximis beneficijs locupletatos, ex hominũ fece erexit, & in hac luce, atque speculo collocauit: sed prostrata iacet, clamat vimq;, nec adest qui manum porrigat: qui occasu tàm fæde vindicet, planè omnes Reipriuatæ, & vobis ipsis colendis & alendis deditì. Omnes vos Deum, in desideria cordis vestri, spuriem & nefariè ruẽtes dereliquistis. Quid? non iustè, ille vos vicissim derèlinquet, & in exemplum vniuerso Orbi, fedæ vastationi relinquet. Et nisi iam ergà me vestros animos mutaueritis? Ecce hæc dicit Dominus, domus vestræ desertæ, desolabuntur, sicut in vastitate hostili, iniqui sunt cœtus vestri, quos odiuit anima mea. Propterea, cum extenderitis manus vestras, auertam oculos meos à vobis, & cum multiplicaueritis orationem, non exaudiã. Manus enim vestræ sanguine plenæ sunt. Quomodò, facta est meretrix terra fidelis? plena Iudicij. Iustitia habitauit in ea, nunc autem homicidæ, principes infideles, socij furum, diligentes munera; sequentes retributionẽ, qui populo non iudicant, ad quos causa viduæ non ingreditur.

ditur. Propterea dicit Dominus, quia ad iracundiã prouocastis me, gladius deuorabit vos. Orationẽ TIMORIS DEI, luctus & comploratio omnium, quotquot aderant à Rege, inceptũ exceperat. Tãdèm in medio, & graui Senatorũ luctu, consurgit SENSVS RVINÆ, & tàm Regem, quàm cæteros omnes, abstersis lachrymis, ad sumendos meliores animos adhortatur, ita benignum clementem, & multæ miserationis, diuturnæque expectationis esse Deum, vt facilè (inquit) mutet sententiam, si vos proposito meliore, nequitiam vitæ commutetis. Quòd dùm fiet admouẽdas esse manus labenti Reipubl: & sananda illius, tàm externa, quàm interna, non minùs grauiora, quàm magis periculosa vulnera. Rationẽ curandi, perfacilem esse, modo toto animo ad Rempub: accedant. Quibus exauditis REX, cum Senatu assurgit, & alacritèr ad domum Reipub: procedit.

CAPVT DECIMVM QVARTVM.

DVcentib⁹ Regẽ Senatoribus, tres eleganti formâ virgines, obuiam venerunt, vestib⁹ intexta nomina ferentes; Prima PRVDENTIA, cum grãdi speculo. Secunda TEMPERANTIA, cum Cyatho vini intacto. Hæ Regem & Senatum, quanto potuerunt verborũ honore salutatũ, in eam propè

sententiā,alloquutæ sunt. Sollicitis vobis. de meliore statu rerū, operæ preciū facturæ videbamur, si præstò in partem aliquā solicitudinis vobis adessemus. Sciebamus enim, nihil agi prosperi in eo consilio, à quo essemus absentes. Quamobrē cum de Repub: in suā formā restituēda, negotiū sit post eius nefandam direptionē, tot calamitates vos obruant, quæ post se trahentes extremū exitiū, non intellectu iam solo, sed oculis & manib⁹ ipsis percipiuntur, vt eadē viâ recuperetis, quàm in eā sortem, deuenerunt res. Inprimis enitendum vobis est, vt omnem cupiditatem à Repriuatâ ad Rēpub: (quod quidem omnium primū & difficilimū est conuertatis, eam fidem Reipub: seruetis eos honores statuatis, quos Reipriuatæ, tanto tempore habuistis, vt iam deinceps, tùm in Comitijs, quàm cæteris actionib⁹, atque adeò vbique respub: priore loco habeatur. Respriuata verò vt ab ea tota pēdeat atque illius magnificentia viuat, agnoscatque Rempub:, non secùs atque famula dominam, illius causa, quicquid agit, agat, temporis quod reliquum est, ad proprias sibi concessū operas, existimet. Deindèea, quam vobis adijcimus RESIPISCENTIA (stabat tùm ab illarum tergo virgo, pœnitenti similis) recipienda est. Quicquid enim à vobis hactenus licentèr & nequiter admissum est, illa diluet, numēque iratum placabilius reddet: Quod si fuerit factum, non difficultèr poterit veni-

re in

re in manus, quod in tanto desiderio est, suo loco futura sunt omnia; Respub: planè conualescet, quæ in hoc Christiano Regno, Relligione & Iustitia nititur. Vtrùm quia non benè seretur vtile frumentũ, vnde non fuerint eiecti sentes, & segnis carduus, vt succedere meliora possint, vt in eo vestro cursu, omnia impedimenta recedant, agendũ vobis erit, malam effrenē Licentiã sequutã, omnibus rationibus euelli, & cōmisso', veluti collatis signis, certamine, victrices virtutes in sua loca restitui. Conuerterent in se, omniũ ora virgines, non eratque dubiũ, omnes desiderio vidēdæ sanæ Reipub: teneri; nihilque iam in maiore expectatione fuisse videbatur, quàm modum reperiri, quo eadē (de quibus toties dictum est) mala de medio tollerentur. Sed in deliberatione eius rei, aliquantis per adhuc versabantur, donèc vir quidam medicus eius nomen CHARITAS, cum administro suo CONSTANTE, Regis iussu, quoddã antidotũ, auræ proxidi inclussum, Reipub: adferret; qui de industria, ante ostiũ illius domus substitit, vt qui circumstabant, inscriptionem pixidi impositã, legere faciliùs potuerint. Quæ talis fuit.

O felix hominũ genus.
Si vestros animos amor,
Quo cœlum regitur, regat.

Hoc erat & intùs, quod exteriùs sanabat pharmacum, cum quo ad Rempub: ingressus erat.

CAPVT

CAPVT DECIMVM QVINTVM.

DVM suspensis animis multitudo staret, cupida audiendi, quid de Reipub: valetudine, medici referrent, processit è cubili Reipub. adulta virgo, àdeo nobili & eximia forma, vt quocunq; incedebat, conuerteret in se omnium oculos, quæ toto illo tempore, quo Licentia in eas partes peruaserat, illius se nomine venditans, nusquam apparebat. Nomen illius Græco & Latino idiomatè inscriptum erat ELEVTERIA ET LIBERTAS, Ob id fortassè, quòd apud eas gentes, atq; adeò, in omni rectè constituta Repub: semper in maximo precioso fuerit. Hæc Regem confidentèr accedens, accuratiore eum, & liberaliore quam aliæ sermone, allocuta est. Respub: inquiens, Domina mea, volui me, tibi Rege optimo, non nihil de sua valetudine referre: valere se, illa, melliusculè ait, iamque ad se redijsse, vbi hoc antidotum, quòd illi miseras, delibauit. Aitq; tibi gratias, quòd tàm efficaci remedio, eius debilitatem attigeris. Quòd si illi ex animo faues, & diuturnam illius valetudinem esse vis, petit eam Campanam, quæ ante limen ædium Iustitiæ pendet, te iubere pulsari, hoc enim solùm ad perfectam sanitatem suam, desiderare, videtur, Reflexit Rex oculos, viditque,

non vanam eius postulationem esse, vbi Campanæ inscriptionem consideraret LE GES & pistillum in terra iacens, quòd à multis annis abreptum in puluere, densâ rubigine cõsumebatur, hanc inscriptionem in se retinens EXEQVVTIO, illigato itaque pistillo campanæ pulsum fieri mandat, vt votis Reipub: satisfaceret. Quem pulsum, magna pars Senatorum confusa, atque in certa animi, indignanter ferebat. Sed vbi à libertate obseruari suos vultus animaduerterunt, consternationẽ animi, quadam lætitia dissimulârunt.

CAPVT DECIMVM SEXTVM.

COnfèstim turma quædam aduentare cæpit, duce SANA MENTE viro vt iudicare poteram prudenti, & priusquam locũ pugne tenuisset, instructà acie veniebat, missoque Feciali, hostes latè vagabundos, à prædis ad pugnam, vt ea illustrior esset, id legit, ac euocat, præferre illi primùm præsentes animo, & magis ira, quàm consilio arma capere. Quàm vis autem numero superiores essent hostes, tamen cum eum Imperatorem vidissent, quem nihil temerè acturum confidebant, iã animo conciderant, præsertim, quòd apud se nullum ducẽ agnoscebant. Sed vt nemo cuiquã obtẽperare didicerat, more barbarico, omnes duces

esse volebant. Hostiũ hi fuerunt, LICENTIA, eques, tãdẽ tres Æquites AMBITIO, AVARITIA ET LVXVS, Periurium, Adulterium, & Libidines, Homicidium, & Innocentiæ, oppresio, pedites. Posteà tres Equites, Amititia simulata, Odium intestinum, & inimicitiæ apertæ. Postremò Curiositas, Dubitatio, Error, Hæresis, Profanitas, Impietas, Blasphemia & Atheismus. Ex nostris partibus fuerunt, Disciplina, Iusta possesio, Frugalitas, Vsus bonus diuini nominis Cõtinẽtia, concordia, Deffensa innocentiæ. Item, Vocatio, Certitudo, Scientia, Doctrina Orthodoxa, Sanctimonia, Pietas, Benedicentia, & Theosebia, Aduentus Charitatis, ita friget hostiũ animos, vt pallore confesi, timorẽ pro victis semet haberent, præsertim, cum exultantis charitatis, vocem audirent hanc, VBI CHARITATIS IGNIS INCENDIT, SECTIO NVLLA ESSE POTEST: NIHIL ADVERSI ACCIDERE POTEST, SICVT IGNIS SECTIONEM NON ADMITTIT, VINCITE ME PRÆSENTE ET IVVANTE. Interea, tuba cecinerunt, & in omnes, felicis belli exitus intercusitant, hâc illâc. Leuitatem Equitem: Eques, Constantia omnium primùm hasta adortam, equo deturbauit, & interemit. Conclamatum simul est, & acies, in aciem immissa. Opposita Licentiæ Disciplina, Ambitioni modestia, Auaritiæ, Iusta possesio, Luxui Frugalitas, Periurio vsus bon⁹ diuini nominis, adulterio & Li-

 bidini-

bidinibus, Continentia, Homicidio, Concordia, Oppresioni Innocentiæ, Deffensa eiusdem. In Amicitiam simulatam, Odium Intestinum, & in inimicitias apertas, sola se coniecit CHARITAS, Curiositati; vocatio, Dubitationi, Certitudo, Errori, Scientia, Hærasi, Doctrina ORTHODOXA, Profanitati Sanctimonia, Sacrilegio, Reuerentia, Impietati, Pietas, Blasphemiæ Benedicentia se se opposuit. Atheismum verò Gigantem, qui leuum cornu tenebat, Theosebia virgo, ausa viro concurrere, animosè fundit, & interemit. Non dubia victoria sequuta est, inter hostes, fugæ locus non erat, omnia ferrè cædes obtinuit. Spolia lecta, ad domum Iustitiæ, delata sunt, vt inde, quæ quisq; sua agnosceret, repetere posset. LICENTIA itaque, cum excussa multitudine, sola superesset, & fuga se deffendisset, è Christiano illo Regno, ad barbaros profuga, irreuocabili se exilio mulctauit. Nam in communi lætitia, & gratulatione omnium, nubecula collecta, ab Oriente cœlum subitò intonuit: & sola malorum superstes hydra, quæ cæcitatem, bellum, pestem, famem, seruitutem, euersionem, seu excidium, desolationem, finem & interitum, atque infamiam sempiternam, inscriptionibus suis prætendebant, iecto fulmine, deflagrauit. Ne autem in locum Hydræ, extremi mali, desideraretur aliquod bonum, quòd res vera, antitesi imperfectæ, & veræ prosperitatis statū

adduct-

adductas ostenderet, deuolauit de cælo adolescēs, nitore Angelico, nexus talaria pennis; formâ angustiore humanâ, cum inscriptione POLYDORVS nihilque fatus, subridens modicè, seipsum spectādum, & amandum præbuit, quid sibi vellet, inscriptiones abundè loquebantur. Oculi ferebant ILLVMINATIONEM pedes STABILITATEM in sinu CONSERVATIO erat, in ore PAX in collo AVREA LIBERTATIS CONDITIO, in præcordijs SALVBRITAS, in ventre VBERTAS, in lumbis INTEGRITAS, in corde Diuturnitas, Quem Iuuenem, vbi vidisset RHAMNVSIA vindex, remque omnem, iam ita esse confectam, vt nihil, quòd ampliùs puniat superesse posit, ad superos auolauit, terrasq; reliquit.

CAPVT DECIMVM. SEPTIMVM.

POSTQVAM ea, hoc quo dixi Ordine peracta sunt, in conspectu Regis & Senatorum, ingressa est fæmina, vltrà modum audax sed ingenua, homine REPETICIO BONORVM REIPVBLICÆ. Vacuum hæc, latumque saccum, manu ferebat, cum quo ita singulos obibat, præsertim, quos non sine fructu, adiri posse putabat, vt vacua non recederet LIBERTAS illi semper in ore NECESSITAS REIPVBLICÆ DEFENSIO,

cætera non memini quæ fuerunt. Huius aſpectũ, multi quidem refugiebant, ob moleſtam hanc, & in ſolitam exactionem, tamen poſt multas detractiones, victi blandicijs illius, vt ſexus hic amabilis eſt & perſuaſionibus potens, oratio, in eam formam incurrerunt; collatum eſt ad neceſsitatem. Nondum elato, ſaccis recondito auro, aduenit fæmina, benigniore quàm REPETITIO vultu, nomine MODERATIO, quàm duæ cõmitabãtur ancillæ, non iam illæ binonimæ, aliud fronte præſeferentes. aliud tergò occultantes, ſed ſingulis tã tum, ſingulæ cõſignatæ nominibus MERITA ET DIGNITAS. Hic de monſtrantibus & ducentib9, MODERATIO. vnum quemque, pro cuiuſque merito & conditione ditabat. Tanta rurſùm orta eſt lætitia omnium, vt obliti planè Repetitionis illius viderẽtur. Quæ vbi peregit munus ſuum, repetitio accerſiuit duas puellas, nomine POTENTIAM ET DEFENSIONEM aurumque opulẽter congeſtum, earum fidei ad ſeruandum & diſpenſandum, cõmiſit. Quòd ille protinus acceptũ, ac cathenis incluſum, magnâ diligentiâ recondiderunt? Exhibitoque Regi, & Senatorib9 honore, ſuo ordine, vt ingreſſæ, erant, foràs exiuerunt.

CAPVT DECIMVM OCTAVVM.

Hæc

HÆC vbi sunt facta, Respub: ita conualuit, vt nulla ampliùs medicina, indigere videretur. Ipsa quoque Relligio claues in manus accepit, antèa sibi nefariè arreptas, Similiter & Iustitia, bilãcem integram, saluumq; & expeditum ensem assũpsit, suoque loco, quæque consedit. Tranquillitatis itaque, & cõmodi gratia, trigeminæ illæ sorores, Pilentum Reipriuatæ, cui quadrigæ, POPVLARITAS CONFVSIO TVRBÆ, CALAMITAS, erant iunctæ, adduxerunt; & illis expulsis, alios illi copulârunt, videlicèt. PRINCIPATVM, ORDINEM TRANQVILLITATEM & FELICITATEM, currumque ipsum, triumphalibus coronis adornauerunt, & Rempub: cum Relligione, & Iustitia, cum exultantibus tripudijs, in currum impositam, circa omnia aulæ ædificia vehẽdam, præceperunt, Relligioni dantur sex victrices ancillæ VOCATIO, CERTITVDO, SANCTIMONIA, PIETAS, BENEDICENTIA & THEOSEBIA, Iustitiæ verò quatuor. DISCIPLINA, MODESTIA, IVSTA POSSESSIO, ET FRVGALITAS, Cæteræ verò, communes vt essent, institutum est. Rempublicam cum sororibus, lætissimo: spectaculo ducere incipiunt. Anteibant Regem tres in auratis panoplijs viri, quorũ nomina, SAPIENS, IVSTVS, CLEMENS, Senatum verò itidem tres, FIDVS, CONCORS, & PRVDENS. In profectione præter hominum præce-

dentium & sequentiū cateruas, animaduertis Respublica spectatū numerū adolescentū, tamen pallentem squallore, & media inscriptione STVDIOSI, de altera verò currus parte, viros plurimos & iuuenes, bello idoneos, cum inscriptione MILLITES. Horū itaque primùm, studiosos, hâc voce aggreditur. Quid vos tam laceros, pallentes, atque attenuatos aspitio, honesti iuuenes. Non hæc facies, non ista conditio vos decuit; assumite animos: venite mea spes, & vita, qui vt in toga, mihi vestram operā destis, tot nunc studiorum causa, labores exhauritis. Viuite vestra sum, in vestro sinu, vbi maturueritis, læta & libens quiescam. Deindè, & milites ad hūc modū cōpellat. Quo autem vos charissimi nomine appellem? aut quibus vos beneficijs afficiam? non inuenio. vos, cum sola essem, & ab omnibus derelicta, soli mihi superfuistis, qui pro me vestrū sanguinem fundere, non dubitastis, honestiùs ducentes in defensa vos oppetere, quàm viuere domi desides, me relicta hic. At ego vicissim, non ignara mali, miseris succurere disco. Hoc sermone absoluto, iubet largitèr, in vtramque partem, aurū & argentum effundere, ita vt & illi, qui spem abijcere cæperant, currum alacres sequerentur. Prodierāt, & ventrosi quidam viri ABBATES, in quorum foribus, stabat inscriptio. FRVCTVS SINE LABORE, Hos itaque Respub: petijt, ab Episcopis in disciplinam redigi, vt aut doctos, piosque (quibus illi carere

videban-

videbantur) viros, in suis claustris haberent; aut scholas educandæ honestæ iuuentuti, & post Reipub: seruituræ, instituerent, Annuentibus Episcopis, vidit & quandam domum, inscriptam, ACADEMIA. In cuius foribus stabant multi spectatæ, cuiusdam probitatis viri, cum inscriptione tali LABOR SINE FRVCTV, eos miserata, petijt à Rege, vt pro meritò, virtutum suarum, liberaliùs prouideantur, promittente Rege, non irritata fore postulata. Audiuit Respub: ægenorum hominum, per plateas iacentium, clamores, & eiulatus, quos tanquàm dehonestantes, illum suum statũ, in domum inscriptã PTOHOLOGIA, omnes cogi, illucque victu necessario prouidere mandauit. Qui verò ea prouisione, nolint esse contenti, sed & fidelibus gentibus scandalo, & nostris hominibus, dedecori esse pergant, vt adigat, è quẽ Regno suo pellat. Cum Rex facturum se, quæ Resp: postulauit recepisset. Respub: ad domum Consilij aduecta, ab omnib⁹, cum summâ deuotione Deo immortali, gratiæ sunt actæ, Demùm nomine Reipub: Regi & Senatoribus, status vtriusq; CHARITAS, breuibus & elegantibus verbis, gratias egit. Posteà illinc recepta, in domum propriam, cum tripudio inuecta, aureo sedili, famulis sibi assistẽtibus consedit, Relligione & Iustitia, cum ancillis earum, suâ sede collocatis. Quibus peractis, REX & Senatores, ac vniuersi qui aderant Reipub: filij,

 exhibi-

exhibito illi honore, in suas quique ædes abiuerũt. Quæ omnia vbi procurata sunt, ex tecti Reipub: altissimã speculâ, fæmina quædam, nomine FAMA, tubam inflauit, ita vt sonus, in remotas etiam orbis partes perueniret.

CAPVT DECIMVM. NONVM.

ECcè autem diuertente cum Senatu, ad domum Consilij REGE, à gentibus aliquot missi Legati, qui de rebus illis, in tàm florentẽ statum, adductis, famã acceperunt, quam societas eius prouinciæ, à finitimis populis, ad tàm præclarè, priùs quidem institutam, deindè verò versatam Rempub: Relligionemque & Iustitiam recuperatam expetatur, ordine quisque pro more suæ gentis, Regi & Senatoribus exponũt: pulcherrimam se eam societatem ducere, cum ea gente, vbi nihil contra libertatem publicam admittatur, vbi nemini, præterquàm Legi, & eius custodi Regi, obtemperetur, vbi placida CHARITAS omnium planè paternas voluntates fecerit, vbi seditione, vbi ambitione vaccent animi, nihil violentèr, nihil crudelitèr, nihil hostilitèr, agatur, sed omnia ad institutum, æqui boniq; disponantur, planeque cælestis Hyerarchiæ, pulchrũ illum ordinem referant.

iant. Vt quemadmodùm illam, obsingularem, & mirificum ordinem, diuturnam esse videmus, ita & hic florens, fælix, ac diuturnus rerũ omniũ status, permansurus esse videatur. Orant itaque, vt in eã tranquillitatem, sub eum Iustitiæ, Fideiq; cultum, in suam societatem, & vnum, ac æqualem Legũ, Regis libertatisque, quas omnes ferè orbis partes & dominia exuperãt, participationẽ & cõmunionem sese accipiant: Cessurum id, non suæ tantùm fælicitati, quòd in eam societatem gentis liberrimæ, & nulli vnquam subiectæ, cooptati fuerint, verùm etiam, cum decoro securitatis eorum, quod si receperint, hoc est eas gentes, quarum amicitia, nemini vnquàm fuit pudori, & quarum opera, nec industriâ nec apparatu, sit prorsus infirma futura. Si enim virtus vnita fortior seipsa dispersa, non dubium est, prospera communicata, illustriora fore, aduersa verò leuiora. Nec vllum fore, tàm potẽtem hostem, qui prouinciam hinc tanta disciplinâ domesticâ instructam, tanta Iustitiâ, charitate, & concordiæ præsidijs firmatam, tot sociorum fide & magnitudine, vndiquaquè munitam, lacessere audeat, neque dubium fore, de victoria, difficiliùs illi dici posse, quàm victoriâ potiri. Quin si quis, tàm immanis hostium extiterit, qui bello cum alijs expleri nequeat, tamèn hoc eum oportere fieri animo, vt in illos, aut nunquàm, aut cùm metu, moueat bellum, aut antè prælium, etiam se victũ

 intelli-

intelligat. Hæc vnitatem bona adferre, & id præterea sibi vendicari, quòd quæcunque bona sunt, nisi vnum atque idem sint omnia, nihil haberent, quòd inter expetenda numerentur. Ac quemadmodùm bona, tùm primum, cùm vnum esse cæperint, optima fiunt, ita seorsim mala sunt, vnitatis sine vnionis adoptione, bona esse dicuntur. In hunc ferè modum Legati, breuia sed vtilia verba fecerunt, neque ea varia, irritauè Legatio fuit, sed assensu omnium approbata, & sine prorogatione, in diem sequentem, ne trahendo, res languesceret, datum responsum. Nec tamèn, ea res caruit, omni prorsùs tumultu, obnubilat enim ad illum vultum Rethorica, quam ineptis iniquis, & longissimis suis disertationibus, negotium in dies plurimos, more suo, trahere volentem, eadem illa, quæ priùs ÆQVITAS cõpressit, & è medio abegit. Atque mox vbi hæc abacta fuit in medium ingressa virgo, excellenti & amabili vultu, producta à charitate cum libro vtrasque illas gentes, ad conditiones perpetui fæderis, amicitiæ & vnitatis, proponendas admonuit, cum inscriptione VNIO Propositæ igitur vtrinque, acceptæ vtrinque, placentes, firmæ, ratæ, perpetuæ, & inuiolabiles pronunciatæ, & libro VNIONIS vtriusque partis, manibus expositæ & assignatæ, Libri inscriptio fuit, VOLENTEM AMARE NON OPVS EST LIGARE. Læti itaque Legati, amicitia, & conuentione

tione eius prouinciæ, datis in fœdera dextris, tandèm ad suos abierunt.

CAPVT VIGESIMVM.

NEC mora, nostri fulgentibus armis induti, factoque tympanorum, & bellicarum tubarũ sonitu, ex portâ agmine effunduntur, & castrametati, ita se comparant, vt hostes, qui ad momenta propiores erant, retrocedere rursus inciperent. Tria signa grandia habebant. Primum aquilla alba coronata cum inscriptione FÆLIX ET LIBERVM REGNVM Secundum aureum Phænicem in flamma gerens, cum inscriptione REX NON MORITVRVS. Tertium, cornices ab omni cæli parte, in vnum conuolantes, præseferebant, cum inscriptione CONCORDIA ET AMOR MVTVVS FIRMISSIMVM MVNIMENTVM. Qui sub eo vexillo erant, vnà matre editi videbantur, conspectu signi medij. Copiæ, ab occidentali mundi plaga instructæ, quas initio dixi, quasi irrita sua consilia sentientes, campo decesserunt, velut nunquã, in eam stationem reuersuræ. Similiter & illæ à Septemtrione, viso eo signo, in quo erat amor mutuus (terribilis alioquin semper hostibus) abie-

ctis ani-

ctis animis & armis nec modicum ferentes impetum, fusæ fugatæ, ac intrà fines suos redactæ sunt. Non secus & alij reconditis animis & conuersis signis, properè ex insidijs cesserunt. Paccatis igitur eo modo rebus, domum redeunt, inter ipsos mulier quædam, in manibus puellaria scuta spargente nomine VICTORIA, à porta SECVRITATEM delent, proque illa VIGILANTIAM reponunt; & munimentis pro necessitate promissis passim fæsta & triumphos egerunt. Quorum ludis intercurrit Fæmina, rara & Insigni admodùm forma, amictu splendido & colla coronis redemita virentibus, præsentia sua & gratulatione læta & prospera omnia iucundiora efficit, nomine GLORIA PERENNIS. Iamque ego ipse, voluptate spectaculorum fessus, plenus stupore, insistens prioribus vestigijs, ad naues perueni & eisdem nauibus, clementi aura in Patriam appulli.

ARX FOELICITATIS.

MONS iſte, quem vos cernitis
Res eſt POLONI publica,
Quæ ſola viuit Principis
Vitâ: ſimul namque hunc ſemel
Mors atra nobis auferet
Qui finis inſtet, cernitis
Mors atra nobis imminet,
Triſtis & rerum terminus,
Placida ſunt, ergo DEVM
Offenſa nobis numina,
Vt ſic diu ſint omnia
Tranquilla, ſi iam corrigi
Res nō queant, & ſi queunt
Placatus illum dum modò
Exiſtat altus Iupiter.

TENDIT i[n] arcem proſperitatis
Publica re[s] ſed
Criminis o[b]ſtar
Pondera ſui
Hæc mala cunſint
Triſtia per ſe
Nos tame[n] illis
Plura ſubidè
Accumulamus
Atque ruinam
Impetu m[a]gno
Accelera[m]us

RES NOSTRÆ RVENTES.

SALVBRIS CONATVS.

IRA DEI.

AMICITIA SIMVLATA.

DISCORDIA.

ODIVM INTESTINVM.

INIMICITIÆ APERTÆ.



RES NOSTRÆ AD ARAM FOELICITATIS.
Siue Statutum meliorem tendentes.

Temeritas Hæretica

Tigride Velocius

Ruina ſiue Vorago perditionis.

Teſtudine tardius.

MONS REIPVBLICÆ POLONÆ.

PECCATVM.